


81.

1

IN NOMINE DNI

RHETORICA

Stanislai Przerembski
scripta
Petricoviae 1755.
finitaq ultima Juny

Ad Majus Pietatis
Incrementum



RHETORICA

Docens et utens.

Docens brevibus Praeceptis

Utens vero praxi eorundem

CONSTANS


Nobilissimae Juventuti in Collegio Petricoviensi Scholarum Piarum.

ILLUSTRATA

Anno

Aerae vulgaris 1754 in annum.

1755



PRÆLOCUTIO

Ad Eloquentiæ Candidatos.

Duo eaque maxima initio initio mecum expendi Ju-
venes Lectissimi, alterum ne præstantissimam Elo-
quentiæ Disciplinam vobis Commendarem viderer
enim rem ex se Dignam rem non vulgariter ubique
Gentium Collaudatam rem omnium animos sua-
vitate trahentem rem denique omnium Complecten-
tem veluti indicares alterum quod ab artium Præ-
ceptoribus initio sua Commendationi fieri amat
hæc ego de me silere volui ne aut Dignos offende-
rem Magistros aut multos ejusdem instituti Præ-
ceptores (temere fortasse) in eundem Sensum in-
clinarem spero enim futurum ut me tacente res
ipsa loquatur vobis dignitatem artis quam pro
fitemini spero etiamnum de mea voluntate
a Studio ita vos post hac sensuros, ut neque me vobis
praivisse pudeat nec vos, (nisi ipsi nolitis:) me Duce
sub signis Reginæ artium Eloquentiæ militasse
peniteat.

RATIO.

Seu Partitio totius operis

Universam Rhetoricam docentem secundum ejus Genera in tres partes distinguemus, et primo praecepta brevissima Generis Demonstrativi Deliberativi et Judicialis praemittemus tandem in Rethorica utente Exempla Praeceptorum adjungemus haec autem Exempla continebunt materias partim Scholasticas, partim Civiles et Politicas partim Sacras tum etiam Officiosas praxes Gratulationum, Salutationum Valedictionum per Epistolas et Orationes ut nimirum multiformi adolescentum Indoli praemissa materiarum semente ea ea quam magis coluerint Genioque suo accomodare senserint messem colligere liceat utilissimam.

RHETORICA Docens.

CAPUT Imum

Rhetorica quae est ars ornate graviter et copiose

et copiose loquendi ad Materiam sicut revocat omnem Quaestionem ad dicendum propositam hae Quaestiones aliae dicuntur Theses aliae Hyppoteses.

Quaestionibus autem genus Demonstrativum habet laudem, vituperium, honestatem turpitudinem pro Materia Suasio Dissuasio utilitas et Detrimentum sunt propria Generis Deliberativi, Accusatio et Defensio Punitio et Impunitas sunt Materia Generis Judicialis...

Finis et Officium Rhetoricae est persvadere, et apposite ad id ducere nimirum docendo movendo delectando huc pertinet at Candidatus Eloquentiae naturâ valeat ad hanc Disciplinam ut artem Praeceptorum capiat ut Exercitationem n negligat tandem Imitationem improbo licet labore in se traducat.

Et quoniam tres praecipuae partes Rhetoricae sunt nempe Inventio Dispositio et Elocutio /: addemus etiam pronuntiacionem :/ quare Singulorum Praecepta hic sunt

CAPUT. 2dum

De Inventione

In Triplici Genere Quaestionum Orator persvadet

persvadet Fide Conciliata et motu excitato fidem vero Conciliat Argumentis et Argumentationibus motum autem excitat Amplificatione et et Affectu Argumenta seu Rationes sive illæ certæ sive probabiles sive dubiæ sint summuntur ex Locis intrinsecis vel Extrinsecis quorum primi sunt nempe sexdecem. Definitio, Enumeratio Partium, notatio, Conjugata, Genus, Forma Similitudo, Dissimilitudo, Contraria, Repugnantia, Adjuncta, Antecedentia, Consequentia Causæ, Effecta, Comparatio, postremi sunt sex. nempe Præjudicia, Fama, Tabulæ Jusjurandum Tormenta Testes.

§ I

Loci Oratorij primi Generis

Definitio quæ explicat Naturam rei alia est essentialis alia nõ et hæc postremum ita Communis est Oratoribus sicut prior Philosophis utraque harum una arte conficitur et demum utraque varijs modis duci solet ut vg. per negationem et affirmationem an Tu Populum Romanum illum esse putas qui constat ex ijs qui mercede Conducunt qui impellunt ut vim afferant

Magistratibus ut obideant Senatum optent quotidie cædem: Cicero-pro Domo sua-

Notatio Quæ originem vocum explicat et Conjugata seu unius vocabuli per multos modos variatio valent ad ornandam Orationem vg. Jam hoc ferrem, ferme sic fieri accepimus ut Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam maxime eorum qui aut Reges sunt aut vivunt in Regno aut Regale illis nomen Cicero pro lege Manilia.

Enume. Partium Aliquid totum in suas partes distribuimus in partes videlicet vel subjectivas ut virtus in temperantiam Injustitiam, v integrantes ut Corpus in Caput & manus pedes v essentiales ut homo in animam et corpus fit duobus modis nimirum p affirmationem et negationem vg Ecce jam antehus ætatis Circulus volvitur et adhuc vales oculi puro lumine vigent pedes imprimunt certa vestigia auditus penetrabilis, dentes Candidi vox sonora &. S. Hieronymus.

Genus. Quod in se duas aut plures formas sui similes continet forma seu species est par suo Generi subjecta, hi duo loci ad amandum valent si illis cum sale Rhetor utat vg. sceleratus est quia homicida quia fur quia ebrius quia sordidus quia mendax fit etiam ex hoc fonte inductio ubi ex pluribus Paribus aliquid universale infertur vg Romulus fratrem suum regnantem ferre non potuit

n̄ potuit nec Pompeium Cæsar non Augustus Antonium igitur æquo animo fert Consortem Imperij

Similitudo et Dissimilitudo. prior est rerum dispa-rium inter se Collatio altera vero est quæ ex re dissi-mili dissimile colligit uterque fons fit vel inter plu-res res vel inter rem et rem uterque in qualitate consistit propter distinctionem a Comparatione quæ in re tanta v quanta fundat.
Comparatio per quam duo vel plura in aliquo tertio sibi Communi conferuntur fit autem v̄g a majori ad minus vel a minori ad majus vel a pari ad par.
Repugnantia quæ de eodem simul affirmari non possunt, genera hujus fontis sunt disparata opposita adversa privantia relata negantia vg bellum est perniciosum pax ergo utilis,
Adjuncta. quæ rem vel Personam comitantur, v subsequuntur Personarum adjuncta hæc sunt Genus, Patria, sexus ætas adulatio habitus Corporis fortuna natura animi ah hic fons ubernimus est O-ratoribus modo non leviter adjuncta summuntur.
Antecedentia quæ cum re necessaria sunt Conjuncta ut vulnus Cordis mortem antecedit, Consequentia

vero

vero quæ necessario ex antecedendi inferuntur vg mortuus est ergo vixit.

Causa sive ad cujus vi aliquid fit quadruplex est nempe materialis formalis, efficiens et Finalis.

Effecta sive ea quæ sunt orta ex Causis totidem habent quod et Causæ.

§ II.

Loci Oratorij secundi Generis seu fontis extrinseci.

Præjudicia sunt cum in Simili vel eadem Causa aliquid aliquando Judicandum est
Fama seu rumor est Testimonium vulgi quod habet Authoritatem nisi malitia irrepserit.
Tabulæ seu Scriptura et hæ vel publicæ ut Leges vel privatæ uti Chirographa.
Tormenta vi quorum veritas a Reis extorquet.
Testes sunt qui de re quæ in Controversiam vocatur voce v scripto Testimonium ferunt.

§ III.

Usus Locorum utriusque Generis

Definitionis usus est ad notitiam rei obscuræ vel si

clarum

clarum est ad majorem Authoritatem servit etiam ad Amplificationes Descriptionis rerum et Personarum.

Notatio ad allusiones et iocos passim adhibetur

Enumeratio Partium servit ad economiam Orationis nec n. totum oculis subiiciendum et amplificandum.

Genus valet ad excusandum crimen alicujus ite ad docendum laudandum vituperandumq.

Similitudo lucem affert rebus ornamentu orationibus animis voluptatem.

Comparatio et Adjuncta latissime patent ad Laudem vituperium descriptionem idem usus est Antecedentium et Consequentium præsertim in Genere Deliberativo.

Causa et Effecta ad omne Genus latore ferri possunt. Locis extrinsecis utimur ad Confirmandum

§ IV.

De argumentatione.

Argumentatio quæ est artificiosa rationum, explicatio habet species Syllogismum Enthymema Collationem Fontem Dilemma et Inductionem.

Syllogismus seu Ratiocinatio constat 3bus partibus

majore minore et Conclusione. major dicitur quia vis pendet argumenti, minor asserens rationem in majori Contentum.
Conclusio denique totum complectit vg quid quid nocet est fugiendum, sed nocet empta dolore voluptas ergo est fugienda si autem majoris et minoris dent separatae rationes erit Syllogismus quinque partibus et propria Orationis.
Enthymema seu Syllogismus imperfectus constat antecedente et Consequente vg nocet empta dolore voluptas ergo est fugiendum
Collatio est Argumentatio constans 5 partibus Propositionibus ratione propositionis ratione Confirmationis, exornatione et Complexione, vg. Pravorum Consorcia sunt adolescentibus vitanda quia haec aetas propere admodum Corrumpitur ejusmodi Consortyis defuit enim Consilio et ratione aetas haec tum adolescentibus voluntas caeca est et proclivis atque ego nullum scopulum tot navigantium naufragyis infamem puto quam est ut pravorum Consortium igitur Consortium pravorum sunt fugiendi sontes est argumentio qua multis propositionibus coacervatim congestis aliquid verum infertur vg Affricano virtute Industria; virtus gloriam; Gloria aemulos comparavit, igit Affricano Industria comparavit aemulos si autem aliquid illegitimum ponit post praemissa, erit vitiosa argumentatio, vg Bibliopola multos habet libros eorq saepe evolvit qui autem libros
evolvit multum

evolvit multum studet qui multum studet doctus evadit ergo Bibliopola est Doctus.

Dilemma est argumentatio utrinque feriens vg si implacabiles sunt iracundiæ summa est acerbitas si autem placabiles summa lenitas.

Epichirema est brevis Argumentatio in qua integer Syllogismus continetur vg sine causa servus Dominum accusare nº debet quia contra Naturam est hic servus est quandoquidem se illi mercedem locavit cur ergo sine causa illum accusat.

Inductio in qua ex multis singularibus propositio universalis infertur vg prudentia laudanda, laudanda Justitia Fortitudo Temperantia, ergo omnis virtus laudanda est.

§V.

De Amplificatione.

Tam verborum quam rerum.

Amplificatio verborum qua est qua est gravior quadam rei affirmatio multis modis fieri solet

1 per verba translata vg inflammatus cupiditate errore lapsus

2 per Hiperbole seu suplationem vg domuisti Gentes immanitate barbaras multitudine innumerabiles locis infinitas.

3 per apta et splendida Ephitheta erat tum Clarissimus Consul. Alter sceleris propugnator Senatus Defensor nostra voluntatis, Patronus Publici consensus salutis mea restitutor

5 per gravia et plus sonantia verba vg non enim furem sed raptorem

sed raptorem n sacrilegum sed hostem Sacrorum non Sica-
rium sed Crudelissimum Carnificem; 5 per verba Synonimica
et Sententias ejusdem significationis, v.g tandem aliquando
Catilinam furentem audacia scelus anhelantem pestem
Senatui molientem ex Urbe ejecimus, emisimus eliminavi-
mus
Amplificatio rerum pariter multis modis tractari solet
ad quod maxima ope sunt Figuræ Sententiarum maximæ
ope sunt ut patebit in explicatione.

§ 6.

De Affectibus.

Quoniam amplificatio et affectus ad motum in audiente
excitatum plurimo sunt adjumento de iis itaque
nunc in particulari agimus.
Affectus itaque est motus animi ex apprehensione boni
vel mali ortus et alius est lenis qui blande animos
tangit alius vehemens qui acriter et vehementer im-
pellit numerus affectuum pro libitu Authorum designat
nos ponimus hoc Ordine, amor desiderium odium fuga
ira mansvetudo tristitia Commiseratio indignatio in-
vidia spes Confidentia Desperatio timor gaudium æmu-
latio pudor
Inventio horum affectum pendet ex locis ~~Ordinarys~~
quia affectuum

Causa affectuum sunt res magnæ vel lætitia in quam vel dolor et usus affectuum est ut re placide enucleata tandem ad aliquem locum ex affectibus veniendum est. et hæc de Inventio sufficiant.

CAPUT. 2dum.

De Dispositione

Dispositio quæ inventas res in Ordinem ponit constat partibus quatuor Exordio Narratione Contentione et Peroratione.

Exordium quo comparat Audithorum animus ad totam Orationem sumitur ab adjunctis rei loci et Personarum vel etiam ex ipsis visceribus rei in quo Exordio statui debet Propositio et captari beneVolentiam Audithoris

Narratio subiicit Exordio quæ nihil aliud est quam explicatio rei et quasi sedes ac fundamentum constituendæ Fidei hæc Narratio debet esse probabilis, brevis perspicua et suavis, hæ autem Narrationis virtutes inducunt per varias Figuras Sententiarum ut Hyppotesim suspensionem Dyalogismum Communicationem exclamationem.

Contentio est in qua firmamenta Causæ afferuntur quæ tribus constat partibus nimirum propositione Confirmatione

Confirmatione et Confutatione.

Propositio est brevis status et totius Causæ comprehensio v.g. cur igit. pacem nolo quia turpis est quia periculosa quia fieri non potest hæc tria cum dixero. &c.

Confirmatio est qua allatis rationibus rem propositam Confirmamus.

Confutatio qua adversariorum refellimus argumenta, refellimus autem tripharium (negando redarguendo et elevando.

Peroratio est artificiosus Orationis exitus in qua id quod tota Oratione exspectabat Orator majori vehementia contendit obtinere.

§ 1.

De Artificio Componendæ Orationis

Latinæ Eloquentiæ parens Cicero optimum Componendæ Orationis dat Methodum in omnibus suis Orationibus qui primo exordit ab adjunctis vel a visceribus Causæ deinde statuit quid dicturus est 2.do distribuit Orationem in duo triave argumenta præcipua et ea per argumentationes tractat 3tio ipsas argumentationis partes amplificat et affectus ope figurarum movet 4 denique perorat seu concludit hunc Eloquentiæ Ducem sic Tyro imitabit 1 intelligat Crinomenon suæ Materiæ 2 ratiocinet seu

scium an haec res de qua est Sermo futurus sit juxta Legitima, utilis honesta necessaria possibilis vel n̄
vg sit haec propositio, virtus est Literis conjungenda Crinomenon illius est quod ad Studium omnis Disciplinae et artis adjungenda est Virtus. Quaerat ergo Studiosus an hoc est necessarium ut virtus Literis Conjungat. si est Justum? quare a Fonte Definitionis quare et respondebit Tibi fons. Quia Virtus est unicum humanae ac Divinae Sapigentiae Instrumentum. Si est necessarium recurre ad fontem Similium v Dissimilium, et quar iterum quare? fons illico respondebit. Quia quod Corpori oculus sol Calo Dua coeo fundamentum Domino hoc virtus est et praestat Literarum. Si utile. dabit Tibi rationem fons effectuum et Consequentium. Quia virtus juvat Literas et illas perficit, difficilia facilitat obscura illuminat. Tandem facta talium rerum Congerie disponet Propositio in aliquam formam Argumentationis vg Syllogismi Enthymematis Collutionis &c. Et sic quae ruditer mente concepit Rhethor cultius eloquit Orator In qua re usus et Exercitatio maximo fiunt adminiculo.

CAPUT. 3um.
De Elocutione.

Elocutio

Elocutio quae est idoneorum verborum ac Senten
tiarum ad res inventas et dispositas accomodatio
majorem prae reliquis sibi partem vendicat adeo
ut inventis Dispositio absque Elocutione super=
vacua dicantur et similia sint gladio intra
vaginam, contento hujus Elocutionis virtutes
sunt pura latinitas perspicuitas Ornatus et sua=
vitas, Ornatus Elocutionis desumitur a Tropis
et Figuris Suavitas vero consistit in numero
Orationis seu Periodorum circuitu.

De Tropis.

Tropus est verbi v sermonis a Propria Significatione
ad aliam cum virtute mutatio vg ut fluctuant
Arista sunt autem Tropi alii in Verbo alii in
Sermone sunt numero 17. Metaphora, Sy=
necdoche, Metonimia, Antonomasia Onomatopeja
Catachresis, Metalepsis, Posteriores, 5, Allegoria,
Periphrasis, Hiperbole, Hiperbaton, Ironia, Ex
Tropis utriusque generis usitatiores sunt hi
Metaphora translatio est cum nomen aut Verbu
rem aliquam proprie significant sumit ad rem
similem secundam vg vulpes ad secundum Nm
fraudulentum fit modis 4 nempe ducitur
ab animatis ad Inanimata v eventa, et ab ani=
matis ad animata et contra vg Vulcani Im=
perium flumen Imperii tempestas bellica.
Synecdoche quae in Nn v voce aut parte pro
toto vg septemque ferebat vg unum pro pluribus
vg hostis habet
omnisd

vg hostis habet muros Romanus praelio virtus vel genus pro specie ates pro Aquila v Materia pro re confecta v ut ferrum pro gladio v antecedentia pro consequentibus vg aspice aratra Jugo referant suspensa Juvenci
Metonimia qua v causis pro effectis summunt v continens pro contento v possesor pro re possessa v signum pro re signata v Inventor pro re inventa v Dux pro Exercitu.
Antonomasia, in qua aliquid poni debet, pro vero rei significatu Vnc vg Eversor Carthaginis Romanae Eloquentia Pro.a Illae fit per Epithetum quod Vnc proprie apponitur Cupiditas effrenata tristis senectus Ceteri hi 3 Tropi et absoluti jam sunt ad Ornandam Orationem minime valent.
Allegoria seu Continuata Metaphora est qua aliud verbis aliud sensu significat vg caeteras tempestates, in illis duntaxat Concionum fluctibus semper putavi fugiendam huc refertur Enigma vg illud est usus cujus sicut pignora bis sex. Hisq triginta nate sed dispare forma. Aspectu hinc magnis et vultibus inde. Sunt Immortales et moriantur et omnes. Refertur quoque ad Allegoriam et Adagium v celebre objectu vg crebru pertusum, vel mali corvi malum ovum Ceteri in Sermone Tropi magis Poetis quam Oratoribus sunt in usu.

De Figuris Sententiar.

Figura Graece Schema est Conformatio quaedam a verbor.

et sententiarum remota a Communi loquendi ratione quæ constat etiam propriis verbis sensus ac Tropi quorum vis est in Translatione, Figuræ duplices sunt in verbo scilicet et in Sermone

Ex Figuris in Verbo hæ Usitatæ

Repetitio ubi ab eodem Verbo sæpius Oratio incipit Quid hæc amentia quid hæc festinatio quid hæc maturitas tanta significat.

Conversio in qua sæpius eodem verbo finit Oratio et est contraria priori v.g. concordia sublata libertas sublata Fides, sublata Respublica est.

Complexio duas priores continens Figuras v.g. qui sunt qui fœdera ruperunt, Carthaginenses qui sunt qui crude bellum in Italia gesserunt Carthaginenses qui sunt qui Italiam deformarunt.

Conduplicatio est verbi aut plurium geminatio et quia initio & medio mediatatem & immediatatem vis vivis non ad deponendam sed ad confirmandam audaciam.

Traductio est ejusdem Verbi per genera casus et modos permutatio v.g. pleni sunt omnes libri plenæ sapientum voces, plena exemplorum vetusta.

Synonima est coacervatio verborum idem significantium v.g. Tu illam Domum ingredi ausus es tu illum sanctissimum lumen intueri, tu illarum ædium Dis Penatibus os illud ostendere.

Gradatio

Gradatio seu ascensus ab imis ad summa v.g. in Urbe luxuries nutritur ex luxuria nascit avaritia, ex hac audatia, inde omnia gignunt Scelera, Hæc Figura majorem vim habet in sensu.

Dissolutio ubi demptis Conjunctionibus plura Commata pronuntur v.g. Hæc Studia adolescentium alunt senectutem oblectant secundas res ornant adversis perfugium præbent delectant, Domi non impediuntur foris &c.

Adjunctio est ad unum Verbum plurium Commatum relatio v.g. vicit pudorem libido timorem audatia rationem amentia.

Disjunctio est quando cuilibet commati verbum suum additur v.g. me autem quid pudeat qui tot annos ita vivo ut a Studio nullo me unquam tempori aut Commodum aut Otium abstraxerit aut voluptas avocarit aut denique somnus retardarit.

Annominatio seu Paronomasia cum voci alia vox similis in pronuntiatione subjungitur v.g. in calamitosa fama quasi in permitiosa flamma emit morte immortalitatem; similiter cadens ubi in eadem casus vel tempora verba incidunt v.g. hunc Ego non diligam non admirer non omni ratione defendendum putem. Similiter desinens ubi æqualiter Commata et membra Periodi terminant v.g. Ejus voluntati non modo Cives assenserint Socy Obtemperarint hostes obedierint sed

etiam

venti obsecundarint.

Contrapositum Græce Anthiteton ubi verba verbis in aliquo Contrario opponunt ut vicit pudorem libido timorem audacia rationem amentia. Cedam inermis armatis innocens nocentibus &c

Figuræ Sententiar.

Interrogatio quæ interdum cum subjectione miscet qua Orator confidens causæ v. se v. adversarium interrogat Et audices hominem non esse a te interemptum quem pastum trucidasti &

Occupatio seu Prolepsis qua Orator antevertit id quod sibi obici potest ut quid ad istas ineptias abis inquis? quasi vero mihi difficile sit respondere &c.

Correctio ubi majoris energiæ gratia Orator dictam sententiam v. verba corrigit et retractat ut sed stuporem hominis ne dicam fraudis attendite.

Dubitatio. in qua Orator quærit quid et pluribus causis potissimum agere debeat ut quid agam Judices si taceo existimabitis me reum si loquor mendacem esse putabitis.

Communicatio. qua actionem nostram cum adversariis vel Judicibus agendum communicamus ut Tu denique Labione quid faceres tali in re ac tempore

Prosopeia est loquentis Personæ ficta inductio ut me quidem Judices exanimant illa Milonis Verba valeant inquid valeant Cives mei sint incolumes sint florentes sint beati.

Apostrophe

Apostrophe est Conversio Orationis ad Deos v ad homines v ad Animantia vg O Dy Immortales vos enim hac audire cupio. Clodius vestra Sacra cubat vestrum nomen horret &c.

Hypotiposis est rerum gestarum taliß expressio ut quasi ante Oculos gerilli videantur vg ponite vobis ante oculos miserlam equidem illam et flebilem specie nocturnum impetum in Urbem Asia Clarissimam irruptionem armatorum in Domos cum miseri homines latronum Gladios viderent.

Preteritio cum Orator fingens se nolle dicere dicit tamen vg tamen quam pacem Domi quam bello fieri notavit, preterea diminutionem vectigalium

Ethopeia est qua fit imitatio vita ac morum alienorum vg jam designatus Consul, alio vultu alio vocis sono alio incessu esse meditabat vestitu absolutione Corpore inculto et horrido Capillatior qua ante barbaque majore ut oculis et aspectui denunciare vim Tribunitiam videretur.

Sustentatio qua diu suspensi animi auditorum tenentur tandem aliquid inexpectatum subjungit vg Ergo ejus jussu isti homines comprehensi quid deinde, quid censetis furtum fortasse haud preda expectatis aliquam? Expectate Judices facinus quam vultis improbum ego tamen expectatione vestra vinciam quod multo improbius est ea vici repente multi hominum millibus inspectantibus occisi sunt.

Concessio

Concessio qua Orator etiam aliquid iniquum adversario concedit ut eum magis feriat sed sit beneficium quod me non occideris quando accipi majus a latrone non potuit.

Distributio. qua aliquid in plures partes distribuit quarum unicuique sua dat ratio v.g. Alexandro neque in deliberando consilium neque in præliando virtus neque in beneficio benignitas deerat

Exclamatio. quando per rem insigniter amplificatam affectum et sensum animi Orator Auditoribus patefacit v.g. O tempora O mores? Senatus hoc intelligit Consul videt hic tamen vivit.

Transitio, est modus quo ab una parte Orationis vel argumenti ad aliam transit Orator v.g. unum dixi venio ad aliud vel magna hæc sunt deinde majora videamus. Multa ex figuris Sententiarum sunt intermissa satis hæ quæ positæ ad Ornandam Orationem sufficiunt.

De Periodis

Suavitas Elocutionis ex numero Orationis dependet nimirum in rotunda Periodorum locutione et dimensione. Periodus est ambitus seu rotunda Orationis circumscriptio ita membris et incisis constans ut plenum sensum referat v.g. Quamquam mihi tempus frequens respectus vester multo jucundissimus hic autem locus ad agendum amplissimus ad dicendum

Ornatissimus

Ornatissimus visus est Quirites tamen hoc aditu laudis nō mea me voluntas q̲ vitæ meæ Rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt.
Periodorum Species sunt variæ, et aliæ dicuntur unimembres bimembres Trimembres Quadrimembres ut hæ sunt propriæ, si autem ultra hunc Numerum Membror̄ feratur Sensus erunt v. Thesis v. Schinotenes v. Periodica Circumductio, sed hæc in exemplis et Author̄ latione patebunt

Caput 4.

De pronuntiatione

Esto licet memoria quarta parte docentis Rhetoricæ assignari debeat, quia a multis Authoribus supponitur ad priores partes, quare intermissa hic licet. Pronuntiatio est vocis gestus ac totius Corporis ad rem dicendam ea accomodatio quam Natura Orationis postulat quo ad vocē debet esse clara articulata sonora et varietate Mater inflecta non mollis et effeminata neque affectata nimirum in precibus bonis, et submissa in suadendis hortando complorando gravis et fortis in experiendo recta, et expiabilis quo ad gestum in eodem Orator attendere ut ea vultu oculis Capite manibus denique

exprimat

exprimat quod ore loquitur. Igitur vultus et aspectus nunc hilaris nunc tristis nunc blandus v severus adhibendus et formandus est.
Capitis frequens jactatio vitiosa est non officit tamen vel connuendo vel renuendo caput movere p[illegible] tragico sermoni vel alij theatrali n[on] vero Oratori conceditur, manus quod propr[ie] cu[m] loquant varias habent actiones, quas vel demittimus, v condittamus pro varietate sermonis. Atque haec de arte Rhetorica ex Authorum veterum et recentium monte sufficiunt plura Diligens usus, Magister docebit.

Ad majorem Dei gloriam

B V M

Analecta.

Apophthegmatum seu graviorum dictorum v Sententiarum ab illustribus viris quandoque expressarum.

Themistocles.

Cum ei Symonides, aut quis alius, artem memoriæ polliceretur, oblivionis inquit mallem, nam memini eorum, quæ nolo, oblivisci non possum, quæ volo.

Idem.

Noctu ambulabat in publico quod somnum capere n possit quærentibus quid rei ageret, respondit: Miltiadis Tropheis se é somno excitari. Themistoclem ferunt cuidam Seriphio in Jurgio respondisse cum illi dixisset si ego Seriphius essem, ignobilis fierem, nec Tu si Atheniensis esses clarus unquam fieres

Plato.

Tum denique fore beatas Respublicas putavit si aut docti aut sapientes homines eas regere cepissent aut qui eas regerent omne suum Studium in Doctrina ac Sapientia Collocassent.

Idem.

Quales in Republica Principes tales reliqui solent esse Cives. Oculorum in nobis sensus est acerrimus quibus sapientiam non cernimus quam illa arientes amores excitaret sui si videretur.

Socrates

Cum se morte multatum videret magna me spes

inquit

tenet Judices bene mihi evenire quod mittas ad mortem sed tempus hinc est jam abire me, ut moriar vos ut vitam habeatis.

Idem.

Eidem cum scriptam Orationem disertissimus Orator Lysias attulisset. quam si ei videretur edisceret ut ea pro se in judicio uteretur non invitus legit et commode esse scriptam dixit sed inquit ut si mihi calceos Sycinios attulisses non uterer quamvis habiles et apti ad pedem quia non viriles sic illam Orationem disertam et Oratoriam videri fortem et virilem non videri.

Idem.

Cum multa in Conventu vitia collegisset cum Zophirus qui se, Naturam cujusque ex forma prospicere profiteretur dimissus est a cæteris qui hæc in Socrate non agnoscerent ab ipso autem Socrate sublevatus est cum illa sibi signa inesse sed ratione dejecta diceret.

Symonides.

Cum quæreretur a Hierone Tyranno quid aut quale esset Deus deliberandi sibi unum diem postulavit. Cum ex eo postridie quæreret biduum petiit cum sæpius duplicaret numerum dierum admiransque Hiero requireret cur ita faceret quanto inquit diutius cogito tanto mihi res videtur obscurior.

Solon

Gloriari solebat se aliquid quotidie discentem senem fieri.

Aliud

Aliud.

Pisistrato Tyranno quaerentia Solone qua tandem spe fractus sibi tam audacter resisteret respondit Senectute.

Soloni

Cum interrogaret cur nullum supplicium instituisset in eum qui parentem necasset respondit se id neminem facturum putasse et sapienter fecisse. Cum de eo nihil sanxerit quod antea commissum non erat ne tam prohibere quam admonere videretur.

Diogenes.

Roganti Alexandro ut diceret si quid ei opus esset nunc inquit paululum a Sole abscis officiebat enim apprecanti. Et hic quidem disputare solebat quanto Regem Persarum vita fortunaque superarit sibi nihil deesse illi nihil satis unquam fore se ejus voluptates non desiderare quibus ille nunquam satiari posset suas cum consequi nullomodo posse.

Idem.

Cum ab amicis rogaretur ubi vellet inhumari projicite me inquit inhumatum tum amici volucribusne et feris minime sed baculum prope me quo abigam ponitote qui poteris non enim senties. Qui igitur mihi ferae laniatus oberit nihil sentienti.

Anaxagoras.

Quaerentibus amicis vellet ne in Patriam si quid accidisset refferri nihil necesse est inquit undique enim ad inferos tantundem est viae.

Idem.

Fertur nunciata Filii morte dixisse sciebam me mortalem genuisse

Cyraneus Theodorus

Cyrenaeus Theodorus.

Cum ei Lysimahus Rex Crucem minaretur, istis quaeso inquit iste horribilia minitare purpuratis tuis Theodori quidem nihil interest humine an sublime putrescat.

Leontinus Gorgias.

Cum ex eo quereretur cur tam diu esse velit in vita nihil habeo inquid quod incuselm senectutem.

Asclepiades

Non ignobilis Philosophus, cum ex eo quaeret quid quit sibi caecitas attulisset, respondit: puero ut uno essem Comitatior.

Xenocrates

Cum Legati ab Alexandro missi 50 ei talenta cum attulissent adduxit legatos ad caenam suam quibus nullo apparatu tantum apposuit quantum satis esset, cum vero postridie rogarent eum cui pecuniam numerare juberet quid vos hesterna inquid caenula non intellexistis me auro non egere quos cum tristiores videret 30 minas accepit ne aspernari Regis libertati talem viderletur.

Timotheus.

Clarus Athenis et Princeps Civitatis fertur cum caenavisset apud Platonem eoque Convivio admodum delectatus esset vidissetque eum postridie dixisse, vestrae quidem caenae non solum in praesentia sed etiam postridie jucundae sunt.

Darius.

In fuga

In fuga cum aquam turbidam et Cadaveribus im pletam bibisset jucundius nunquam videlicet sitiens biberat.

Ptolomeus.

Peragrans Egyptum Comitibus non conseratis cum tibessius in panis datus esset nihil visum eo pane eidem jucundius.

Zeno.

Rhethoricam Palmae Dialecticam pugno, similem dicebat, quod latius loqueterentur Rhethores Dialectici autem compressius.

Archytas.

Cum illico factus esset Oratior quo te inquid modo accepissem nisi creatus essem.

Æschines.

Cum propter ignominiam Judicy cessisset Athenis et se Rhodum contulisset, rogastus a Rhodys fertur legisse illam Orationem egregium quam contra Demostenem dixerat qua perfecta petitum est ab eo postridie ut legeret etiam illam quae a Demostene dicta est quam cum suavissima et maxima voce legisset admirantibus omnibus quanto inquit magis admiraremini si audissetis ipsum Hieronem, Demostenem; quo satis significavit quantum esset in actione qui Orationem eandem aliam esse putaret, Authore mutato.

Philippus Macedo

Ajebat Filio ne eos tibi Fideles putes quos pe-

cuniam

pecuniam corruperis sit enim deterior qui accepit adq ad idem semper expectandum paratus hoc ille Filio sed Praeceptum omnibus putemus.

Annibal.

Rex Prussius cum apud eum Annibali exulanti pugnare liceret negabat se audere quod extra prohiberent an tu inquit Catrunculo vitam sine mavis quam Imperatori veteri credere.

Silenus.

A mida captus hoc ei pro sua missione dedisse scribitur non nasci hominem longe optimum est proximum autem quam primum mori.

Antimachus.

Clarus Poeta fertur Convocatis Auditoribus volumen suum legisse cumque eum legentem omnes praeter Platonem reliquissent legam inquit nihilominus mihi enim Plato instar omnium est.

Lucilius.

Homo doctus et perurbanus dicere solebat ea quae scriberet neque a Doctis neque ab indoctis legi velle nimirum quod alteri nihil intelligerent alteri plus fortasse quam ipse de se.

Catulus

Cum vidisset quendam ex Judicibus quos Clodius pecunia corruperat quid vos inquid a nobis praesidium postulabatis an ne nummi vobis eriperent timebatis

Aliud.

Quidam Orator

Aliud.

Quidam Orator malus cum in Epilogo misericordiam se movisse putaret postquam assedit rogavit Catulum videreturne misericordiam movisse et magnam inquit neminem enim tam durum puto cui n̄ Oratio tua miseranda visa sit..

Scævola.

Agnino cuidam cui pro Grahi Capite aurum erat repensum, roganti ut se in Asiam Præfectum duceret quid Tibi vis inquid insane tanta adhuc malorum est Civium multitudo in Urbe ut Tibi Ego hoc confirmem si Romæ manseris te paucis annis ad maximam pecuniam esse venturum.

Cicero.

Ajebat duo a se optari unum ut moriens Populum Romanum liberum reliquisset quo sibi nihil majus a Dys Immortalibus dari existmabat, alterum ut ita cuique eveniat quatenus de Republica mereatur!

Idem.

Is mihi proprie et solus honos videtur quem neque majorum Commendatione neque per alterius Calamitatem assequamur.

Analecta Sententiarum.

Tam ex Cicerone quam ex Lucio Seneca Collectar.

Si quod optimum maximumq est id volumus adipisci virtuti opera danda est sine qua nullam rem expetendam consequi

valemus omnium autem magnarum rerum a Dys immortalibus principia ducuntur. Cicero.

Commoda quibus utimur lucem qua fruimur Spiritum quem ducimus a Deo nobis dari et impartiri omnia videmus. Sen.

Nulli praeclusa est virtus omnibus patet omnes admittit invitat Ingenuos Libertinos, Servos, Reges, et exules non eligit Domum v censum ipso homine contenta est. Seneca

Errare mihi visus est qui dixit: Gratior est pulchro veniens é Corpore virtus nullo enim honestamento eget ipsa magnum sui Decus et Corpus suum consecrat.. Seneca

Non dat Natura Virtutem ars est bonum fieri virtus e=tenim n contingit animo nisi bene instituto et docto.

Parvus Pumilio licet in monte constiterit idem est, Collossus quamvis in puteo Collocet servabit magnitudinem suam ita virtus proprium sui decus.

Marcet sine adversario virtus tunc apparet quanta sit quantum valeat cum quid possit patientia ostendit.

Avida est periculi virtus et quo tendat non quod passura sit cogitat nam et illud quod difficile occurrit pars est.

Optimum est pati quod emendare non possis et Deum quo Authore cuncta proveniunt sine murmuratione Comitari malus miles est qui Imperatorem gemens sequitur.

Desine fata Deorum flecti sperare precando. Recta et fixa

sunt

sunt et magna aeternaq necessitate ducunt, eo ibis quo omnia eunt. Quid ergo fles quid putas perdis operam...

Objurgamus quotidie fatum quare ille non rapitur quare ille in medio cursu raptus est. quare senectutem et sibi et alys gravem extendit utrum obsecro aequius judicas te naturae an tibi parere naturam quid interest quam cito exeas utiq exeundum est n ut diu vivamus curandum est. sed ut satis, nam ut diu vivas fato opus est ut satis animo.

Adversitas.

Nemo duraret si rerum adversarum eandem vim haberet assiduitas quam primus ictus.

Constat non esse magni animi se rebus prosperis fortem gerere ubi secundo cursu vita procedit nec Gubernatoris artem tranquillum mare et obsequens ostendit ventus, adversi aliquid incurrat oportet quid animum probet.

Unum habet assidua infelicitas bonum, quod quos saepe vexat novisse me indurat. Idem.

Paternum Deus habet adversus bonos viros animum et illos fortius amat et operibus doloribus ac damnis exagitat ut verum colligant robur.. Idem

Gaudent magni viri aliquando rebus adversis n aliter

quam fortes milites

quam fortes milites belli Triumpho. Idem

Prospera in plebem ac vilia ingenia deveniunt ad Calamitates terroresq Mortalium sub jugum mittere magni Viri est. Semper vero esse fellicem et sine morsu animi transire vitam ignorare est rerum naturæ alteram partem. magnus es vir sed unde scio si tibi fortuna non dat facultatem exhibenda virtutis descendisti ad Olympia sed nemo prater Te victoriam n habes Olympiam Coronam tenes non gratulor tanquam forti Viro sed tanquam Consulatum Praturamve adepto. Miserum te judicio quod non fuisti miser transiisti absque adversario vitam nemo sciet quid potueris nec Tuipse quidem. Hanc Deus Rationem, sequitur in bonis Viris quam in Discipulis Suis. Praceptores qui plus laboris ab his exigunt in quibus certior spes est. Nunquid Tu invisos esse Lacedemonijs liberos suos credis quorum expediuntur indolem publici verberibus admotis. Ipsi Patres plerumque adhortant Natos suos ut illos fortiter ferant et jam Saceros ac Semianimes rogant perseverent vulnera prebere vulneribus quid mirum si dare Generosos Spiritus Deus ipse tentat.. Idem

Adulatio

In secundis nemo Confidat in adversis nemo deficiat alterna sunt rerum vices. Idem.

Illud praeipue

Illud praecipue nobis ad virtutem a Sapientiam impedit quod cito nobis placemus ubi invenerimus qui nos bonos prudentes et Sanctos Viros dicant non summus modica laudatione contenti quid quid in nos laudatio sine pudore congessit tanquam debitum prendimus. Seneca

O quam inimica sunt nobis Vota nostrorum eo quidem inimitiora quo assere felicius.. Idem

Quemadmodum qui audierunt Symphoniam ferunt secum in auribus modulationem sic adulatorum et prava laudantium sermo diutius haeret quam audit ne facile est animo dulcem Somnum excutere prosequit et durat et ex intervallo decurrit ideo claudendi sunt aures primis vocibus et quidem primis. Idem.

Adulatio quo improbior quo magis frontem suam perfricuit hoc citius expugnat ei enim jam dementiae venimus quod qui parum adulatur pro maligno sit.

Ambitio

Ut flamma verior vis est quo ex majore incendio emicuit aque ambitio non patit quemque in ea mensura honorum conquiescere quae quondam ejus fuit Impudens Votum Idem.

Relinque Divitias aut periculum possidentium aut onus relinque Corporis voluptates molliunt et enervant relinque ambitum tumida res est vana, ventosa

nullum habet

habet terminum tam sollicita est ne quem ante se videat quam ne se post alium. Idem.

Quecunque videntur imminere in rebus humanis quamvis pusilla sint per difficiles tamen et arduos tramitis adeuntur. Idem

Amicus et Amicitia

Nihil aeque oblectaverit animum quam Fidelis amicitia quantum bonum est ubi sunt preparata pectora inque tuto Secretum omne descendat quorum Conscientiam minus quam tuam timeas quorum Sermo Sollicitudinem leniat Sententia Consilium expediat hilaritas merorem dissipet Conspectus ipse delectet. Errat ille qui Amicitiam in atrio quaerit in Convivio probat nullum autem habet majus malū occupatus homo et bonis suis opressus quam quod Amicos sibi putat quibus ipse n̄ est. Idem.

Post amicitiam credendum est ante amicitiam Judicandū diu cogita non Tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit cum placuerit fieri toto illum pectore admitti et tam audacter cum illo loquere quam tecum, sed tamen ita Vive ut nihil Comittas nisi quod comittere inimico possis Idem.

Si Imagines nobis amicorum absentium Jucunda sunt que memoriam renovant et Desiderium absentiæ falso atq inani solatio levant quanto Jucundiores sunt Literæ

que vera

quæ veri absentis amici vestigia novas notas afferunt. Seneca

Conversari cum Amicis absentibus licet et quidem quoties velis quamdiu velis magis hac voluptate fruimur dum absumus præsentia delicato fecit. Idem.

Magna pars ex illis quos amavimus licet quos casus abstulerit apud nos manet eo autem æquiore animo esse debemus quod quos amavimus sequemur quos putamus præiisse præmissi sunt. Idem.

Animus

Admoneri bonus animus gaudet possimus quisque asperrimi patit. Senea.

Habet hoc optimum in se Generosus animus quod concitat ad honesta neminem excelsi Ingenij. Virum humilia delectant sed magnarum rerum species ad se vocat et extollit ut enim flamma surgit in altum jacere deprimi et acquiescere non potest ita noster animus in motu est eo mobilior et actuosior quo vehementior fuerit. Idem

Corpus eget multis rebus ut valeat animus ex se crescit illi multo cibo multa potione opus est multo oleo longa denique opera tibi contiget virtus sine apparatu sine impenso, quidquid te bonum facere potest tuum est quid Tibi opus est ut sis bonus velle Idem

Calamitosus est

Calamitosus est animus futuri anxius et ante miserias miser qui sollicitus est ut ea quibus delectatur ad extremum usque permaneant.

Valentior omni Naturae animus est in utramque partem ipse res suas ducit beateque ac miserae vitae sibi Causa est. Idem

Quemadmodum nihil refert utrum aegrum in lecto ligneo aut aureo colloces quocunque illum transtuleris morbum suum secum transfert sic nihil refert utrum aeger animo vel in Divitys vel paupertate sit, malum suum illum sequitur.
Pusilla res est hominis anima, sed ingens res est, contemptus animae, hunc qui contempserit securus videbit maria perturbari, et si illa omnes excitaverint venti securus aspiciet ruptis Compagibus dehiscens solum fulminantis caeli tractum et horridam faciem, illa licet inferorum Regna retegunt stabit supra voraginem, in trepidus et fortasse quo debet cadere desiliet in quirent quid ad me quia sunt magna quibus pereo ipsum perire non est magnum. Idem
Si volumus esse felices si nec hominum nec Deorum, nec rerum timore te despicere fortuna supervacua promittentem saeva minantem, si volumus tranquille degere et ipsis Dys de felicitate fortunam agere anima in expedito habenda est.
Demetry fortissimi Viri vocem audivisse me memini hoc unum inquit Dy Immortales queri possum quod non ante voluntatem vestram notam fecistis prior enim venissem adque nunc vocatus adsum, vultis liberos sum mere illos vobis offero, vultis reliquam partem Corporis sumite vultis Spiritum quid ne nullam moram faciet quo minus recipiatis quod dedistis a volente feretis quid quid petitis. Quid ergo est maluissem offerre quam tradere quid opus fuit auferre accipere potuistis sed ne nunc quidem aufereti, quia nihil eripitur nisi retinenti nihil cogor, nihil patior invitus nec servio Deo sed assentio animamque in expedito habeo. Idem

Avaritia

Hoc unum deest avaritiae ut beneficia sine sponsore n[illegible] demus

non demus. Seneca.
Facit avidos nimia felicitas, nec tam temperatæ cupiditates sunt unquam ut in eo quod contingit, desinant.
Nulli mortuo terra tam gravis est quam istis supra quos avaritia ingens pondus injecit, terrarum, quibus abstulit cœlum, quos in imo sibi sat erat, cui istius infodit.

Beatitudo.

Is Beatus est quem nulla res minorem facit tenet summa et ne ulli quidem nisi sibi innatus nam qui aliquo auxilio sustentatur potest cadere.
Tunc Beatum esse te judica dum tibi gaudium omne nascitur, cum in his quæ homines optant cupiunt custodiunt nihil inveneris nihil non dico quod malis sed quod velis, brevem tibi formulam dabo qua te metiaris qua perfectum esse jam sentias, tunc habebis tuum bonum cum intelliges infelicissimos esse felices.

Beneficium.

Malim non recipere beneficia quam non dari grato quia qui non dat beneficium ingrati antecedit qui beneficium non reddit non magis peccat quam qui non dat citius.
Socrati cum Multa multi pro suis quisque voluntatibus offerent Eschines pauper auditor nihil dignum inquid te quod dare tibi possem invenio, et hoc uno modo pauperem me esse sentio cumque est boni consulas cogitesque alios cum multum tibi darent plus sibi reliquisse. Cui Socrates quid tu inquid mihi, Itaque curo ut te meliorem tibi quam accepi non magnum munus dederis nisi forte parvi te æstimes habebo.
Ingratum est Beneficium quod diu inter manus dantis hæsit nam cum in beneficio jucundissima sit, tribuentis voluntas non dedit sed adversus dantem male renuit.
Non tulit gratis qui cum rogasset accepit nulla enim constat magis quam quæ precibus empta est.
Hæc beneficii inter duos lex est alter statum oblivisci debet dati alter accepti nunquam.
Qui gratus futurus est statim dum accipit de reddendo cogitat.
Grave tormentum est reddere cui nolis contra jucundissimum est ab eo accepisse beneficium quem amare etiam post injuriam possis.
Alexander Macedonum Rex gloriari solebat a nullo
se beneficiis

victum; et Socrates dixit se nolle beneficia ab eo accipere cui non posset paria reddere.
Non quisquis non reddit beneficium ingratus tenetur animus aestimandus est non reddentis apparet autem ingratum esse qui ne fateatur quidem se accepisse beneficium. Idem

Clementia

Nullam ex omnibus virtutibus magis homini convenire scimus quam Clementiam nulli tamen clementia ex omnibus magis quam Regem ac Principem decet.
Haud minus turpia sunt Principi multa supplicia quam medico multa funera.
Clementia in quamcunque Domum pervenerit eam felicem tranquillumque praestabit, sed in Regno quo rarior eo mirabilior.
Nihil quidquam pulchrius existimo in fastidio collocatis quam multarum rerum veniam dare et nullius petere.

Contumelia

Contumeliam tibi fecit aliquis non quid majorem quam Diogeni Philosopho cui de ira maxime disserenti adolescens quidam protervus inspuit, tulit hoc leniter et sapienter non quidem inquit irascor sed dubito tamen an irasci oporteat.
Si animo aequiore feret ab aliquo quis laedi, cui in mentem venerit nullam esse tantam potentiam in quam non incurrat injuria.
Aequo animo audienda sunt Convitia imperitorum et currenti ad honesta contemnendus est iste contemptus
Hoc adversus virtutes possunt Calamitates et Damna quod adversus solem potest nebula
Multi cum multis fuerint mali pestiferam illam vim, qua plerisque nocuerunt ipsi quoque sentiunt, non est quod credas aliena infelicitate quenquam felicem fieri.
Contumeliam nec fortis potest nec ingenuus pati.

Conversatio

Cum placidissimo et facillimo vivendum est summuntur enim a conversantibus mores et ut quaedam in contactis Corpore vitia transiliunt ita animus mala sua proximis tradit. Seneca.
Hoc in omni vita accidere videas ut nemo sibi tantum erret quin alieni erroris causa et Author non sit vexatque nos et praecipitat traditus per manus aliorum Denique perimus Exemplis, sanabimur si modo separemur a caetu.
Quid tibi vitandum praecipue existimem quaeris turbam,
nunquam illi se tuto

se tuto commiseris ego certe confiteor imbecillitatem meā
nunquam mores quos extuli refero aliquid ex eo quod com
posui turbatur aliquid ex eo quod fugavi, redigit, nemo
non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit
aut nescientibus allinit, quid me existimes dicere, ava-
rior redeo ambitior, imo vero crudelior quia inter ho-
mines fui.
Recede in te ipsum quantum potes et cum his versare
qui te meliorem facturi sunt illos admitte quos tu
potes facere meliores mutatione enim ista fiunt
et homines dum docent discunt.
Haerebit tibi avaritia quamdiu avaro sordidoque
conjunxeris haerebit timor quamdiu cum superbo con
versaberis nunquam saevitiam in tortoris contu-
bernio pones si velis vitiis exui longe a vitiorum
recedendum tibi est

Consilium.

Non est turpe cum re mutare consilium.
Nihil firmi habet qui in incerta propensus est. Vetus
proverbium est gladiatorem in arena consilium capere.
Sine consilio vix quid quid natura praecipit.
Prudentis proprium est examinare consilia et non
cito facili credulitate in falsa prolabi.

Conscientia.

Nemo invenitur qui se possit absolvere et innocen-
tem se quisque dicit, respiciens testem non con-
scientiam.
Vix quemquam reperies qui possit aperto ostio
vivere janitores conscientia nostra non superbia
opposuit quid autem potest recondere se auresque
et oculos hominum vitare bona conscientia tur-
bam advocat, mala etiam in solitudine anxia
et sollicita est si honesta sunt quae facis, omnes
sciant si turpia quid refert neminem scire cum tu
scias et te miserum si contemnis, hunc testem.
Bona conscientia prodere vult et conspici nequid
vero ipse timet tenebras eleganter, idque ab Epi-
curo dictum puto potest nocenti contingere

ut lateat

ut lateat, latenti fides non potest ideo quippe non
potest latere peccantibus quia latent ... si
... latentem ... non habent, ergo
... tuta ... scelera esse non possunt [illegible]
[illegible] magnum ... est nihil umquam facere
contra ... et perturbationem ... agunt tantum metuunt, quam ... tre
[illegible] ... quae fecerint, nec illo tem
pore [illegible]
Aliter Deorum numini ... cuiusque con
scientia est ... nostrae ... [illegible]
non tantum quae fiunt palam videmus
sed etiam quae ... sunt.
Quisque quod in alio reprehendit, id unusquisque
in sinu suo reperiet nam mali inter ma
los vivimus. Seneca

Cognitio sui.

Magna pars hominum est quae non pec
catis irascitur, sed peccantibus, facit ...
... non quod
... ne ... [illegible]
[illegible].
Initium est salutis notitia peccati nam
qui peccare se nescit, corrigi non vult,
deprehendas te oportet antequam emen
des ideo quantum potes, te ipsum ar
gue inquire in te; accusatoris primum
partibus fungere, deinde iudicis ...
Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam sua
respicit, quae facturi sumus cogitamus
et id raro, quod fecimus non cogitamus; atqui consilium
futuri ex praeterito venit. Seneca
Beatum est bona mala quam aliena trac
tare, se excutere ... quam ... ut
[illegible] ...
egregium ... sed ... liberum se
... petere, et tota fortunae ... similia ...
... omnibus esse ... [illegible] ut
nemini ... [illegible] ... ipsum.
tamen ...

Communicatio, rerum.

Apud primos patres saeculi nulli subigebant arva coloni nec signare quidem aut partiri limite campum fas erat ipsaque tellus omnia liberius nullo poscente ferebat. quid hominum illo genere felicius? irrupit in res optime positas avaritia et dum se ducere aliquid cupit atque in sua vertere omnia fecit aliena et in angustiam rei redegit paupertatem, multa concupiscendo omnia amisit.

Deus [illegible] summam communitatem [illegible] in terris si [illegible] omnium [illegible] meum et [illegible]

Privata [illegible], est aliquid ex communi proprium facere. Idem

Alteri vivas oportet si vis tibi vivere. haec societas diligenter et sancte observanda est, quae nos omnes hominibus miscet et judicat aliquid esse jus generis humani. Idem

Cupiditas

Quicquid de accipiendo cogitat, oblitus accepti est, nec ullum habet majus cupiditas malum quam quod ingrata est.

Neminem pecunia divitem fecit imo contra nulli non majorem sui cupiditatem incussit plus enim incipit habere posse qui plus habet.

Fortiorem qui cupiditatem vincit quam qui hostem subjicit.

Divitiae

Divitiae apud sapientem virum in servitute sunt apud stultum in imperio sapiens divitiis nihil permittit stultitia.

Parata omnia

dividias omnia sapienti, quisque abstulerit divitias, omnia illi relinquet vivit enim praesentibus, laetus, futuris securus et habet ubi etiam se in privato jure explicat
Sanus dives est qui licet habet Divitias eas tamen ut transeuntes habet.

Discipulus

Admoneri bonus gaudet, et pessimus quisque correptionem asperrime patitur.
Dociles nos Natura edidit et rationem dedit Imperfectam sed quae perfici possit.
Tam diu discendum est quam diu nescias quamdiu ... magis evenit ... tam diu discendum est quemadmodum vivas, quamdiu vivis. Idem

Dies

Sic ordinandus est omnis dies tanquam cogat agmen et consummet atque expleat vitam. Seneca
